



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

S. Cæsarius Eps. S. Aurelius & Natalia M. S. Euthalia 27. V. Aug.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44934**

S. Cæsarius Eps. S. Aurelius & Nata-  
lia M. S. Euthalia 27. V. Aug.



*Dilectio inimicorum.*

Si benefacientes patienter sustine-  
tis, hæc est gratia apud Deum. Petrus.

Familiam tuam quæsumus Domine  
continua pietate custodi; ut quæ in  
sola spe gratiæ cælestis, innititur B.  
Cæsarij Cōf. Tui atq; Pont. B Aurelij  
& Nataliæ MM, B Euthaliæ) protectio-  
ne muniatur, per D.N.I.&c.

Ora pro reçonciliandis inimicis &

1. S. Cæsarius Conf. Arelatensis Eps  
ad lescens libro pernicioſo operam  
dat at ita ut indormiret ſuper eo in-  
clinatus, ſalutarioſer fuit iſte ſomnus  
quam vigilia, ſiquidem exitiali ſuper  
Serpente viſus eſt ſibi quiescere, quē  
& vigilans excuſſit.

2. S. Aurelius & Natalia coniuges  
duabus ſuſceptis prolibus deinceps  
caſtitatem elegerunt. Placuit propo-  
ſitum cælitibus, & duce Christo ac B.  
V. qui ſe ſanctis coniugibus impende-  
runt, imo laureatis Lauream martyrij  
appararunt.

3. S. Euthalia V. & M. Leontina, cum  
tres fratres in carcere inviferet,  
Christi fide & eruditia, à Serviliano fra-  
tre Idololatra, in cubiculo interiore  
ſuſpensa & verberata, demum etiam  
capite plexa eſt.